perpetuo bona ad Nos pertinentia, scilicet Palatinatus Podoliensis usque ad Miedzibz, Palatinatus Chiovien. et Braslavien. usque ad Horon una cum districtu Pinscensi, Mozirensi, Rzieczicensi, qui districtus sub Excubijs et Regimine sint nostro, limitesque assignentur, et praefigantur mansioni nostrae aeternum duraturae.

21. Et quia haec supplicatio nostra non omnia vota nostra comprehendit, ideo reassumimus supplicationem porrectam in electione Satis exprimentem nostra desideria, et ut fidei nostrae Orthodoxae in omnibus satisfiat Exercituique Zaporosiano committimus supplici Legatis.

Petrus Doroszenko Gnalissimus Exercitus Zaporosisiensis.

Locus + Sigilli.

H. se ne fa mentione nella sopradetta a fol. 201.

Particula diversa contra Graecos Unitos contenta in supplici libello per Legatos Cosaccorum porrecto in Comitijs Electionis Anno .

Fuit quondam in consideratione an damnosa haec tollenda Unio, bonisque Nobis restitutis cum titulis vanis relinquenda: Sed quando vidimus hanc Unionem re, et nomine spelun